etiam prenominata triplicata vadia ad bona ciborum non trans-
portan sed simpliciter facta remissione ad officium sub cuius iurisdi-
tione bona ad actum consistunt ad exequutionem illius dicti decretorum
procedere ulteriorem processum facere tubitur. Vel si coram
eodem officio ad quod exequutio illius dicti spectaret et referri debeat
actum fuerit. Extunc illud officium vigore presentis obligationis
per actum pro lege privata sibi constitute solum dictum exequi et ad
exequutionem eius obmissis omnibus amplioribus iuridicis gradibus
modo premisso procedere tubitur. Que interpositio triplicatorum
vadiorum etiam si in alio dictum factum fuerit perinde robur habe-
ac valida debet esse tanquam omnes et integre iuridicis gradus et processus
in foro proprio perducti et expleti fuerint. Nec poterit ipse actus
ignorantiam eorundem triplicatorum vadiorum sic interpositorum pretendere
et allegare nec quicquam sibi in auxilium recipere et adducere. Quo
illud officium reiecta actione partis universa allegationibus etiam quarumvis
iuridicis accepta solum Ministris terris ac Nobilium rectione de non
admissa actori et iurisdictori in bona iure lucrari intentione expedientes
eadem triplicata vadia super actum decernere et ultimum iuridicis processum
superius nominatum usque ad ultimum iuridicum quidem vigore eius obligationis
procedere tubitur. Et omnimodam facultatem habebit et nihilominus
succubito solutoque vadio seu vadiis prenominatis respective atque per eis
satisfactione facta utique omnia et singula premissa in presenti inscriptione
expressa tam in toto quam in parte preffatus Joannes Borathinski
recognoscens complete et exequi debent et succedes tubuntur sub aliis
specialibus vadiis suprascriptis super ipso Joanne Borathinski et eius
posteris omnibusque bonis ipsius modo superius expressis tenetur quoties
preffato Matheo et eius successoribus opus fuerit repetere. Nulla
prescriptione temporis diuturnitate preffatum Matheum et eius
posteros pro premissis omnibus evadere. Ad que omnia et singula pre-
missa prestanda preffatus Joannes Borathinski cum suis posteris
et cum omnibus bonis suis ultronee et libere se submisit et in
se successoresque suos et omnia bona sua omne onus superius expressum
sponte assumit. Et nos preffatus Matheus Liathkowski coram officio
personaliter astans pro rato ab illo suscepit et memoriali solidavit

Liathkowsky cassat intercisam

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus castrensibus premi-
sciensibus Nobilis Matheus Liathkowski Recedens a iure suo quoniam

terri et sequi iurisdictioni castrensi premisciensi una cum bonis successoribusque
suis incorporans presentem palam Recognovit. De certa condicione et intercisa
super locatione et arenda certorum bonorum tenute quondam Joannis
Borathinski quae intercisa propriis manibus eiusdem Joannis Borathinski
et eiusdem Mathei Liathkowski recognoscentis erat subscripta et sigillis
eorum peculiaribus obsignata a qua idem recognoscens in toto recedit
et illi abrenuntiat. Ac potius eandem conditionem in illa originali
inscriptione contentam et contractum intercise manualem in toto cassat
mortificat et in nihilum redigit perpetuis temporibus sibique de eo
contractu manuali integre satisfactum esse a preffato Joanne Bora-
thinski recognoscit. Actum et nota nihilominus ultra eam conditionem
illam originalem inscriptionem super quorum millia florenorum pecunie sibi servientes
et omnes alias eius condiciones in toto sibi reservat robore

67 V. Actum in Castro Premisliensi Sabbato post festum Ascensi-
onis Christi Domini Caelum proxima Anno Domini Mille-
simo. Quingentesimo. Septuagesimo. Coram officio

Radilowski obligat alio

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus castrensibus premisciensibus
Nobilis Juan Radilowski Dawydowicz sortis sue in Vhercze heres
Recedens a iure suo quoniam terri foroque competenti et sequi iurisdicti-
oni castrensi premisciensi incorporans presentem palam per expressum Recognovit.
Quia Nobilis Juan Radilowski fiedorowicz medium laneum
agri in quo resident Laboriosi Albertus et Simon Androwiecka
in villa Vhercze in summa Quinquaginta florenorum pecunie sine ad fe-
stum Nativitatis Christi proxime venturum inscripsit obligavit
et invadiavit prout presenti inscriptione inscribit invadiat et obligat.
Et in deffectu protunc exemptionis ad aliud simile festum Nativitatis
Christi proximum et sic a Nativitate domini ad Nativitatem domini ab anno ad annum
usque ad exemptionem et summe preffatam plenariam et omnimodam
convinctim persolutionem nix cursum terrenum. Que bona talia obligat
idem Juan Radilowski fiedorowicz tenebit habebit et possidebit
cum omni iure domino et proprietate et cum omnibus eorundem bonorum
attinentiis pertinentiis fructibus provenientibus atque utilitatibus quibuscumque universis
quibuscumque dicantur nominibus et cognominibus nihil prorsus et suis
successoribus reservans sed ita prout solus tenuit habuit et possidebat